



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

86. Leo Decimus Pontifex &c. Decretum quoad Indulgentias Rosariis, seu  
Coronis S. Brigittæ à Summis Pontificibus concessas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

1714.

Santa Confraternita di S. Rocco di Roma : In Roma appresso Paolo Blado Stampatore Camerale 1591. Tertium denique : Sommario del Celeste Tesoro dell'Indulgenze, doni, grazie, facoltà, e privilegi concessi &c. a ciaschedun Fedel Christiano che verà entrare nella Santa Confraternita di S. Rocco di Roma, & comunicare alla Confraternita del medesimo S. Rocco, e Sebastianino nella Chiesa della B. V. Maria di Loreto nelle Città di Roveredo : In Roma, ed in Roveredo, per Giuseppe Antonio Gojo 1712. Sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis proscriptibunda esse censuit, atque insuper districte prohibuit, ne aliae Indulgentie, concessiones, aut privilegia pro superdictis Confraternitatibus S. Rocchi voce, aut scripto evulgentur, nisi ea, quæ in saepe memorato Brevi Pauli V. concessa reperiuntur : Quam Sacrae Congregationis Sententiam per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatam Sanctitas Sua probavit, & executioni mandari jussit. Datum die 14. Martii 1714.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.

Die, mense, & anno, quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie Innocentiane, & in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Franciscum curia Bartholomum Apost. Curs.

Ludovicus Capellus Mag. Curs.

IV.

## DECRETUM

Quo declaratur Monasteria Monialium à curâ Regularem suorum Ordinum ad immediatam jurisdictionem Episcoporum translatâ, aut transferenda iisdem privilegiis, ac indulgentiis frui debere, quibus ante ejusmodi translationem fruebantur.

Iacet ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita non semel declaratum fuerit, nonnulla Sanctimonialium Monasteria, quæ antea sub gubernio Fratrum sui Ordinis degebant, per hoc, quod Episcopum loci subiecta deinde fuerint, privilegia, & indulgentias, quibus antea fruebantur nullatenus amisisse ; Tamen cum saepius alia etiam Monasteria, quæ simili modo sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translatâ sunt, idem ab Apostolica Sede declarari humiliiter postulaverint ; ut nulla in posterum dubitandi ratio superf sit ; Eadem Sacra Congregatio re mature discussâ die 20. Aprilis 1711. declaravit : Monasteria omnia Sanctimonialia, quæ à curâ, & gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediatam jurisdictionem Episcoporum translatâ sunt in posterum transferri aliquâ ratione contingit, non idem privilegia, & indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore ; Sed eodem modo cunctis prædictis privilegiis, & indulgentiis, uti, & frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent. Quam Sacrae Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster die 22. ejusdem mensis approbavit. Datum Roma die 14. Maii 1714.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.

Die, mense, & anno quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie

Innocentiane, & in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Josephum Batiale Apst. Curs.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

1714.

## DECRETUM.

Quo bina Summaria Indulgentiarum, ut apocrypha, proscriptibuntur, eorumque usus interciditur,

V.

S Acra Congregatio Indulgentiis, Sacrissime Re. liquiis præposita die 13. mensis Julii anni 1714. matûre persensis duorum Indulgentiarum Summariis, quorum unum ita inscribitur : Sommario dell'Indulgenze, grazie, e doni concessi da molti Romani Pontifici, e nuovamente confermate dalla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XI. alla Venerabil Chiesa, e Hospitali di S. Maria di Monserrato di Catalogna, & alli Confratri, e Consorvo d'essa Madre Vergine. In Palermo presso Francesco Cicca 1714. Alterum vero : Sommario dell'Indulgenze concessa da diversi Romani Pontifici, ed ultimamente ampliata, & confermata da Nostro Signore Clemente XI. alli Fratelli, e Sorelle del Sacro Reale, e Militare Ordine, così dell'offerwanza, come dello Scatoli di Nostra Signora della Mercè. Opera della Redenzione de Schiavi Christiani fra gl'Infedeli. In Roma nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica. In Messina nella Stamperia della di Amico. Ed in Palermo per Felice Marino 1710. : Dictorum Summariorum usum interdixit, illaque prohibenda esse censuit sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Quibus Sanctissimo Domino Nostro die 18. ejusdem mensis Julii per me Secretarium relatis; Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis approbavit, & executioni mandari jussit. Datum die 19. Julii Anni 1714.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.

Die 19. Julii 1714. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilice Principis Apostolorum, Curie Innocentiane, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Remolatium Apost. Curs.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

## DECRETUM.

Quoad Indulgentias Rosarii, seu Coronis S. Brigittæ à Summis Pontificibus concessas.

VI.

Indulgentia, Rosarii, seu Corona, quas S. Brigitta vocant, à Summis Pontificibus concessa.

Eo Decimmo Pontifex Maximus per literas suas incipientes : Ex Clementi : datas Idus Julii 1515. concedit omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui per, & super Rosaria, seu Coronas S. Brigittæ devote oravent, pro qualibet Oratione Dominica centum dies, & totidem pro salutatione Angelicâ, & pro quolibet Symbolo, si dixerint, vel recitaverint, etiam centum dies Indulgentiarum : nec non pro quolibet psalterio (id est Rosario, aut corona quindecim Decadum Beatae Mariæ Virginis)

super

1714.

super illis integrè per eosdem Christifideles, per se ipsos, aut cum socio, vel familiari, qui eandem Indulgentiam consequatur, dicto, vel recitato septem annos, & totidem quadragenas.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens XI. Pontifex Maximus in suo Brevi, quod incipit: *De salute Gregii Domini*: Dato 22. Septembri 1714. concedit omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus confessis, & sacrâ Communione refectis, ac pro Christianorum Principiis concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione orantibus, qui quotidie per integrum annum Coronam S. Brigittæ, dummodo sit saltem quinque decadum, recitaverint, semel in anno die per unumquemque Christifidelem eligenda plenaria Indulgentiam omnium peccatorum, cum facultate etiam eandem plenariam Indulgentiam applicandi animabus in Purgatorio existentibus.

Ad lucrandum hujusmodi Indulgentias requiritur, ut Coronæ à PP. Superioribus Monasteriorum, seu ab aliis Religiosis Ordinis Sanctissimi Salvatoris, seu S. Brigittæ ad spesialiter deputatis benedicantur.

## DECRETUM.

S. Congregatio Indulgentiis, & S. Reliquiis præposita die 26. Novembri 1714. censuit permitti posse impressionem præsentis Summarii Indulgentiarum concessarum Coronis, quas vocant, S. Brigittæ, addita declaratione, quod omnes aliae Indulgentiæ, quæ in præsenti Summario expresse non continentur, sunt aut Apochryphæ, aut nullæ, aut à Sanctissimo Domino Nostro Clemente XI. revocatae per supradictum Breve datum die 22. Septembri 1714.

Prohibet insuper eadem Sacra Congregatio, ne hujusmodi Coronæ vendantur, aut alteri commendentur, & si fecus fiat, declarat supradictas Indulgentias cessare, & nullius esse roboris, vel momenti. Datum die 4. Decembri 1714.

L. Card. Picus Præfector.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secr.

## DECRETUM.

VII.

Quo Summarium Indulgentiarum Regularibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum, nonnullas continens Indulgentias ad quæstum damnatur, & prohibetur.

**Q**uamvis Indulgentiæ omnes pro porrigenibus manus adjutrices non semel ab Apostolica Sede, signanter vero à S. Pio V. Confit. 30. quæ incipit; *Et si Dominici Gregii dat. 6. Idus Februario anno 1567.* revocatae fuerint, Quæstoresque damnati, nonnulli tamen interdum docentes ea, quæ non oportet, Indulgentias ad quæstum evulgarē præsumunt. Quapropter Sacra Congregatio Indulgentiis, sacrificio Reliquiis præposita huic malo occurre cipiens, Summarium quoddam, cui titulus: *Breve Sommario delle principali grazie, & Indulgenze concesse alli Religiosi dell'Ordine Santissima Trinità della Redenzione della Schiava, delle quali godono tutti quelli, che portano il Scapulario, o vero Abitino, & visitano le Chiese, o Cappelle di detto Ordine &c.* impressum Neapoli apud Hiacynthum Pittante anno 1703., ubi nonnullæ Indulgentiæ ad quæstum continentur, die 28. Januarii labentis anni 1716. sub penit. in Indice librorum prohibitorum contentis damnandum censuit insimul declarando, Confraternitates à Superio-

Bullarium Romanum Continuatio Pars II.

ribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum institutas, nullis aliis Indulgentiis gaudere, nisi illis, que expresse continentur in eam Summario, alias, nempe die 31. Januarii anni 1675, ad eadem Sac. Congregatione recognito, atque approbato, & deinde Romæ Typis R. C. Apostolice impresso anno 1682. Quibus Sanctissimo Domino Nostro per me Secretarium relatis, Sanctitas Sua Sententiam Sac. Congregationis probavit, & executioni mandari jussit. Datum die 11. Martii 1716.

L. Card. Picus Præfector.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secr.

Die, mensis, & anno quibus supra signatum Decretum efficitur, & publicatum fuit ad valvas Curia Innocentiana, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Jo. Baptistam de Cappellis SS. D. N. PP. Carorem.

Bartholomæus de Camillis Mag. Curs.

## DECRETUM.

Quo declaratur necessariam esse delationem Scapulari ad lucrandas Indulgentias concessas Sodalibus Confraternitatum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum.

VIII.

**I**n Sacra Congregatione Indulgentiis, sacrificio Reliquiis præposita habita die 28. Aprilis labentis anni 1716. relatis precibus P. Joannis à S. Francisco Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniae humiliter postulantis declarari, an Sodales Confraternitatum sui Ordinis loco Scapularii, quod plerique gestare solent, exiguum panni albi frustulum, cui parvula Crux rubri, & cærulei coloris acu intexta est, vesti assutum deferentes, lucrari valeant Indulgentias concessas iis, qui Scapularium deferuntur, Eminentissimi Patres declararunt, non lucrari. Datum die 29. Aprilis 1716.

L. Cardinalis Picus Præfector.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secr.

## DECRETUM.

Quo declaratur Indulgentiam pro feriis sextis mensis Martii dari solitam comprehendendi sub clausula. *Volumus autem &c.* quæ in Brevibus Apostolicis apponi consuevit.

IX.

**N**e contra veterem, & probatam in Ecclesia confuetudinem, Indulgentiarum numero nimis aucto, Ecclesiastica disciplina enervetur, sive prius in Brevibus apponi consuevit clausula illa: *Volumus autem, ut si aliis Christifidelibus diclam Ecclesiam qualibet anni die visitantibus alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondam elapsam duratur concessa fuerit, presentes literæ nullæ sint:* Cum autem alias pro ejusdem clausulæ explicacione suppliatur fuerit, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrifice Reliquiis præposita declaravit, ea nullatenus comprehendi Alteria privilegiata pro Defunctis,

P p

neque